

PRAXIS  
**ANT. OLIBANI**

CIVIS HONORATI BARCINONAE  
IN ALBO CONSCRIPTI, ET REGII SENATORIS,  
ac fisci patroni, sive commentariorum  
de actionibus

PARS SECUNDA IN III. DIGESTA, ET ORDINATA LIBROS.  
IN QVIBVS DE SINGULARVM ACTIONVM VSV, ET EXERCITATIONE,  
strepitaq. forent agitur, & de intercidis, & in cedentis remedii; ac de Legibus, Senatus, consultis, Plebiscitis, & de  
nonnullis iuris nostri facultatibus & iuribus; & de variis conditionibus ex lege generalib. & specialibus, quae  
tam in iure Pontificio, quam Civili, Nouellis Iustiniani, ac tribus posterioribus libris Codicis, &  
alios Confutacionibus repetit utrur. Quorum librorum, cursumq. capitum  
pagina ab hinc septima indicabit elenchi.

HIS LOCO PROELMI ADIBOTATE IN SIGNIS, PRAEMLITIS  
ad praxim super investigatione, ortu, & interitu actionis; conceptione libelli; preparatione, ordine  
processu, & successione iudicii, et super iure agendu vario, & multiplicitate.

CVM ADDITIONIBVS HIPPOLYTI MONTANERI, DOMICELLI,  
ac domini de Gaufr. Authoris generi.

DE ACTIONIBVS IN REM VIEBVS ET PRETORIS  
LIDER PRIMVS.



CVM LICENTIA GRADUERIT.

Barcinoae ex typographia Gabrieли Graellii, & Gerardi Dotillii. Anno M. DC. VI.

# HIPPOLYTUS MONTANERIVS L E C T O R I S.

**V**O D priscis temporibus(humanissime Lector) ab eruditis viris , au-  
reumq. sapientiae flumen fundentibus usurpatum est, haud licere ent-  
quam huius lucis usuram fruendi, quid facturus, aut non facturus sit, cer-  
tò pronunciare: quod in ephemeri, & vaga vita multa accident, tum ve-  
ce ne facias, quae facete constitueris, tum ea, et facias, quae numquam  
facere decreueris: id ego & saepè antehac in aliis, & in me ipso nuper in  
horum de actionibus commentariorum editionibus, Apollinis tripode  
certius, & Sibyllinis foliis verius esse planè cognoui. Nam postquam (An-  
tonio Olibano sacerdo meo, multis mihi nominibus charissimo, demortuo) decreueram hacc  
iuris monumenta non mediocri studio ab eo conscripsa ad communem omnium utilitatem  
in lacem edere, ne inter alia opera ab eodem nondum pleno calamo depicta, sed veluti qui-  
buslani deinceps adambrata in perpetuis & abditissimis obliuionis cunctis iacent  
obruta; non unicam illorum dimittaxat partem, sed ea integra, suisq. numeris ad exitum per-  
ducita in medium proferre opera et prestitum, me saturum iudicabam. Quia de causa has lucis  
brationes iam abolutas typographo excludendas tradidi, ut perfectae suisq. partibus columnatae  
in publicum emitterentur. At dum in his versabat definitis scilicet & impensis pri-  
ma parte, & hoc primo secundae partis libro: compulsus fui palynodium canere, & mutare  
sententiam, suscepimusq. consilium abiicere. Nonnulli namq. viri & Argua clypeo digni, &  
iuris divini, humaniq. ac landardarum artium gloria conspicui Socero, & mihi maxima fa-  
miliaritate coniunxerunt (quibus honeste refragari non poteram) me defixa, statutaque sententia  
deductum coegerunt: ut libros impressos, dum reliquaculo contumtuntur, persulgarem,  
ne iuriis studiori primentur fructibus, quos interim ex eis colligere poterunt. Quare hacc tan-  
torum laborum, tantumq. nq. vigilarum principia regnū tuum accipias velim, ac studiose  
legas, & a malevolorum calumniis actiter defendas. Mcum siquidem erit totis viribus, to-  
toq. conatu operam dare; ut aliis libris, qui iam typis feruntur, quam citissime perfruatis:  
VALE.



MUTYIOR  
ED. VENICE  
AD M. J. C.  
HIERONYMI A MONTANER,  
OLIBA, ET CADELL DOMICELLI  
AD HIPPOLYTVM PATREM SVVM CHA-  
Rissimum Epigramma.

**G**LORIA, noster Auus, iuris monumenta reliquit,  
Ingenii celebris, lucida signa sui;  
Illa sed excultis nondum digesta libellis,  
Eripuit terris mors qui adura virum.  
Delituissest opus, tenebrisq. sepulta suisset,  
Quae multas iuris pagina seruat opes.  
Sed dulitate tua, summo ni exculta decore  
Effet, & in lucem prodit a chare Pater.  
Emicat illa tuis scholiis, & floribus aucta,  
Vere nouo sicut florida prata micant.  
Quas Auus insigni debet pro munere grates,  
Perpetuis reddam vocibus ipse tibi;  
Semper bonos etenim, est nobis semperq. futurus  
Loco & anno, & docto Patre, fuisse satos.

HIPPOLYTI MONTANERII  
DOMICELLI, AC DOMINI DE  
Gauer Auctoris generi.

## P R A E F A T I O.



VANQVAM Antonij Olibani Soceri mei longè mihi charissimi extremus dies, veluti recessus solis, qui quasi tristitia quadam contrahit terram; me, Rosamq. Oliba & de Cadell eius unicam & charam filiam, coniugemq. incam dilectissimam, grauissimo moerore ac luctu afficerit: tamen non parum nobis praebevit solatij, quod veluti quoddam probitatis exemplar, non aegrè, sed modestè in magnum eximiae virtutis, & vitae suæ specimen tam catholicè & christianè extremum effudit spiritum, ut piè credendum sit ab hac fluxa, & breui vita ad aeternam & coelestem conuolasse. ille enim ultimus dies, qui secundum Vetricum de omnibus fert sententiam, de felicitate & discessu hominis iudicat. † A qua perlunguosa lamentatione ac flebili aegritudine deductus, permulta de illo mihi cogitanti, statim in mentem venit eundem scriptissime, se nonnullos de luce Civili libros typis mandaturum: dum in epistola prophonetica commentariorum ad vestitum, alium namq. de iure fisci. lib. 10. constit. Cathaloniae, ab eodem ad posteros relictorum, in clausula commendationis hæc scripsit reliquit. *Et in tua fide, & renuntiatione reliqui nostrorum laborum, & multarum vigiliarum libri, quos de luce Civili scripsimus, iam iamq. parsurimus, vel quim mox euangelisur, vel recenti inter alias vulgares schædas contritas, & laceras delitescant reieci, & in perpetuum consenserant.* ET ne inuidi canini, ac mordaces, qui vbiq. satis superque affluunt cum latuis luctando; ut de Hectore defuncto Graecis tradito scribit Virgil. lib. 1. Aeneid. & disserit Cicet. lib. 1. Tusculan. & alij, qui eo vivente familiaritate coniuncti se ostendebant, debilitata, & extinta amicitia effluxi (cum nulli fidi sint amici tumulo, aut raro post funus constantes, et si prius coniunctissimi) promissum à tanto vita acciperent in vanâ iactationis speciem, aut aliter ambitioni ascriberent, quæ longè procul ab eo exsticte. + COMPERTVM etenim est selectum, & promotum ad supremum Regni Atagonū concilium, illâ perlustrâ, ac honorificâ sommaeq. dignitatis, & glorie promotione abdicasse. Magna sane existimationis, fidei q. spectatissimæ, ac animi magnitudinis, & constatæ abdicationis illud Chrysol. super Matth. homil. 25. *Quicunq; desiderauerit primatum in terra, inuenies confusione in celo;* perpendatur. † Nam, quam miserrima, & pestilentif-

\* \* \* \* \*

# ANTONII OLIBANI CIVIS HONORATI BARCINONE IN ALBO CONS- cripti, & Regij Senatoris, ac fisci Patroni prooemium ad secundam partem operis instituti, & ad exposi- tionem singularum actionum Pracmunitio.

\* \* \*

## SUMMARIA.

**C**ONTINVATVR secunda pars ad priorem. 2 Docet quid sit tractandum, antequam ad proxim singularū actionū deueniatur.

**P**OSTQ VAM de actionib. dixim<sup>o</sup>, & actionū divisionib. quas Iustini. i quatuor lib. institution. summatim, & pro elementis iumentis cupidae legum, explicit; & quae ad breuem illarū declaracionē, & cōpendiariam interpretationē facere videbātur, tradidimus, quod erat propositum initio studij & laboris nostri: superest, ut ad alteram eiusdem instituti partem, quae singularū actionū sub his divisionib. comprehensarum explicationē respicit, tēscamus; sed praeferri pauca, non enim decet tā multas actiones, quae explicandae occurrūt, in unum cum undum, & aceruum congerere, ac veluti in molem indigestam conferre. Et quamquam ad priorē illam operis partē multa praeferri sumus, quae generalia sunt, & summa ac maxima in vniuersa cognitione actionum; & ut Iustiniani opus ad huius prouinciae iudicia magis ac-

cōmodaretur, adieci exēpla ex iure patrio desumpta, origine nostrarū legum paulò altius repetita, vt aliquid antiquitatis gentis nostrae cōmemorarem, & recordarcr: tamen & haec posterior laboris inspectio, quae ad singulas actiones refertur, & proximē ad praxim accedit, non debuit suo exordio & præfatione, quae totam disputationem in dice demonstraret, carere nec defraudari.

Igitur l antequād ad singulas actiones peruculamus, benē erit haec initio docere. in primis, qualiter ad singulas actiones deueniēdū est patrono cautelarum, qui iudicium vult præparare, & cautelam ordiri. Deinde, inuēta a stione, quae proposito facto (casum vocāt) cōueniat l. si mensor fals. mod. dixer. D. ad qualitates, accidentia & cæctera actionis consequentia, veniendū. Tum, ad formandum libellum concipiendūmq. veniemus. In quo studiose iudicij auctoritas, & cautelæ qualitas inspiciētur. neq. verò, quae in iudicio spectari ab aduocatis oportet, substantiam iudicij

B 2 respi-